



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Calendarivm Novum & Antiquum

Thomas <von Kempen>

Coloniae, 1651

Maivs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55129](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55129)

habebit: quod tibi placet. vltra non proficiet. l. 3. c. 54.

IV. 28 Qui hodie tecum sunt: eras contrariari possunt, & e conuerso saepe vt aura vertuntur. l. 2. c. 1.

III. 29 Dimitte cupiditatem, & inuenies requiem. l. 3. c. 37.

Prid. 30 Scito, quia amor tui ipsius magis nocet tibi, quam aliqua res mundi, l. 3. c. 31.

Dies mensis

MAIVS.

Kalend. 1

Nolle alijs acquiescere, cum id ratio aut causa postulat, signum est superbiae & pertinaciae. l. 1. c. 9.

II. 2 Si abijcis vnam crucem aliam: procul dubio inuenies, & forsitan grauiorem. l. 2. c. 12.

V. 3 Vincenti datur manna, & corpenti relinquitur multa miseria. l. 3. c. 40.

IV. 4 Imaginatio locorum & mutatio, multos fefellit. l. 1. c. 9.

III. 5 Fili comitte mihi super causam tuae, & ego bene disponam in tempore suo. l. 3. c. 44. Prid.

- Prid. 6 Non est graue, humanum cō-
teinnere solatium, cum adest
diuinum, l. 2. c. 9.
- Non. 7 Time iudicia DEI, expauesce
iram omnipotentis, l. 3.
- VIII 8 In multis te oportet te esse in-
scium, & æstimare tanquam
mortuum super terram, & cui
totus mundus crucifixus sit, l.
3. c. 49.
- V. I 9 Sed nec inimicum diabolum
timebis, si fueris fide armatus,
& IESV cruce signatus, l. 2.
c. 12.
- VI 10 Transitoria sinistro intnere
oculo, & dextro cœlestia, l. 2.
c. 43.
- V 11 Oportet ad voluntatem Dei
æquanimiter stare, & cuncta
supervenientia tibi ad laudem
IESV Christi perpeti, l. 2. c. 8.
- IV 12 Hæc mihi sit consolatio: li-
benter velle carere omni huma-
no solatio; l. 3. c. 18.
- III 13 Dilectio creaturæ, fallax est
& instabilis: dilectio I E S V:
fide.

fidelis & perseverabilis. l. 2. c. 7.

Prid. 14 Verbum verum & stabile da
in os meum DEUS, & linguam
callidam longè fac à me, l. 3. c.
50.

Idib. 15 Exteriora nostra & interio-
ra pariter, nobis scrutanda sūt
& ordinanda: quia vtraq; ex-
pediunt ad profectum, l. 1. c. 19.

XVII. 16 Nemo aptus est ad compre-
hendendum cœlestia, nisi se
submiterit ad portandum pro
CHRISTO aduersa, l. 2. c. 12.

XVI. 17 Ad hoc conare, hoc ora, hoc
stude desiderare, vt ab omni
proprietate possis exspoliari, &
nudus nudum IESUM sequi, lib.
3. c. 42.

XV. 18 Homo passionatus, etiam
bonum in malum trahit: &
faciliter malum credit, l. 2. c. 3.

XVI. 19 Sicut in prosperis ei placeo:
ita nec in aduersis displiceo, l.
3. c. 7.

XIII. 20 Sustine cum Christo, & pro
Christo, si vis regnare cum
Christo, l. 2. c. 1.

B

XII. 21

XII. 21 Non minimum est, etiam
in minimis se relinquere. lib. 2.

c. 44.

XI. 22 Non est salus animæ, nec
spes æternæ vitæ, nisi in cruce.
l. 2. c. 12.

X. 23

Vt æterna futura supplicia
possis euadere, mala præsentia
studeas pro Deo æquanimiter
tolerare l. 3. c. 13.

IX. 24

Quem Deus adiuuare vo-
luerit, nullius peruerstras no-
cere poterit. l. 2. c. 2.

VIII. 25

Quia despici metuis, re-
prehendi pro excessibus non
vis, & excusationum quaris
vmbracula l. 3. c. 11.

VII. 26

Habe primum zelum su-
per te metipsum: tunc zelare
poteris etiam iuste proximum
tuum l. 2. c. 2.

VI. 27

Nihil sic timeas, nihil sic
viruperes, & fugias, sicut vi-
tia & peccata tua, quæ magis
displicere debent, quam quæ
libet rerum damna. lib. 3.
cap. 5.

V. 28

V. 28 Cui sapiunt omnia, prout
sunt, non vt dicuntur aut æ-
stimantur, hic verè sapiens est,
& doctus magis à Deo, quàm
ab hominibus. l. 2. c. 1.

IV. 29 Fili, erige cor tuum ad
me in cœlum, & non contri-
stabit te contemptus hominis
in terris l. 2. c. 46.

III. 30 Conuerte te supra, con-
uerte te infra, conuerte te ex-
trâ, & intrâ, & in omnibus,
inuenies crucem, & necesse est
te vtique tenere patientiam, si
internam vis habere pacem, &
perpetuam promereri coro-
nam l. 2. c. 12.

Prid. 31 Non est hoc purum &
perfectum, quod propria com-
moditate est infectum. lib. 3.
cap. 54.

Dies
mensis

IVNIUS

Kal. 1

Vbi es quando tibi præ-
sens non es; & quando
omnia percussisti, quid te ne-
glecto profecisti? l. 2. c. 5.

B 2

IV. 2.